

melius. Per ecclesiam enim, vult intelligi sacros populi conventus, ita ut in tabernaculum, templum et synagogas, tum quidem populus convenisset, neque sacrificiorum, neque precum faciendarum, neque demum legis audiendae causâ, introire possent. At qui viris bonis sacri fuisset? Quid quàm gentilis plus penè, in templo vel synagoga, loci habuissent? Et tamen, etiamsi res ita fuisset, ne præcipuè quâdam conditione foret Achior, privilegioque ornaretur, nihil obstabat.

POSTERIOR QUÆSTIUNCULA.

An apud Judæos manserit Achior, et quid nos doceat?

Fieri potuisset, ut Judaico cultu et circumsione initiaretur; posteaquam tamen debellatum esset, non gentilitatem sed in Ammonitidum reverteretur, idemque viri boni officium fungeretur. Textus tamen apud Judæos mansisse satis docet, quando non id tantum ait, quod Græcus asserit, *appositum eum ad populum Israël; sed omnem etiam generis successionem.* Inducitur enim vel priorem ad se uxorem vocasse, vel apud Judæos aliam duxisse, ex eaque liberos, qui sacra eadem secuti sint, procreasse, idque non uno vel altero anno, sed pluribus. Nam vel ipse libelli hujus auctor, vel alius postea quispiam, ut prolegom. altero munitum, eam ob causam adiecit, *utque in hodiernum diem.* Atque hic vides, quàm verè Achioris nomen, quod, ut cap. 5 dixi, est *lucis frater*, acceperit. Vera enim lux ei jam oborta, depulsis omnibus gentilismi tenebris. Judæus ex Abraham progenitus erat: Ammonita ex Loth. Ille in luce, imò et lux quædam erat; iste in tenebris, et quædam tenebræ. Ad illum se iste contulit, lucisque veram fraternitatem adit, figuram gerens eorum, qui ad Ecclesiam Christianam accedunt, Gentilium. Sumus enim omnes homines fratres, quoad *carnem*, sed non quoad *lucem*. Ac verum è falso cultum qui transeunt, Achiores sunt, lucis fratres, imò et summæ lucis, quæ Deus est, filii, eandem cum aliis omnibus hæreditatem adiituri. Sunt verò in eodem Achiorè duo notanda. Unum, tanta ejus et tam incensa fides, ut unum hoc ubi miraculum vidit, illic superstitiones pristinas omnes abjecerit. Neque eum remorata est pristinarum opum dignitatis cupiditas? inferior, quam veluti alienigena, in alio populo, subitâ conditio. Etsi enim civitatis et capessendorum magistratum privilegium ei concessum, ejus

tamen dum nocte hæc, veram profiteri fidem cepit, incertus erat. Alterum, quod in suscepto fide constans deinceps fuerit; in eâ proles ipse suas educavit et instituerit, et quidem ita, ut ipsæ deinceps eandem semper, quod quidem constat fidem retinuerint. Adjiciam et illud, miram esse hic Dei considerandam benignitatem, qui parvas, inchoatas et adumbratas quasdam hominum virtutes, suâ ipse gratiâ magnas, perfectas et veras tandem efficit, qui, quæ homines veluti mala summa nobis vel inferreant, vel minabantur, eâ in æternam animorum nostrorum salutem convertit. Quantum Achioris capiti periculum erat, dum ex Assyriorum castris, Bethuliam, in funestissimum veluti carcerem, ubi ad necem tantisper custodiretur, ejectus et contrusus est! Sed hoc totum sempiternam ipsius animo lucem, immortalis regni hæreditatem verissimam felicitatem attulit. Hæc peccatoribus, non paucis, hæreticis, et idololâtris ad pœnitentiam, respicientiam, Christique Domini doctrinam compendiaria sæpè via exsistit. Legatur de Burgundionibus ad Christum venientibus Socrates lib. 7, c. 50, de Clodoveo Francorum rege Gregorius Turon. 1. 2, c. 50 et 51, apud Bodam S. Vedasti historia, de Adado Ætiopum rege, Paulus diaconus 1. 16, de Heduino Northaunbrorum rege, vide Beda lib. 2. Histor. cap. 6, et sequent. de Cœdualda Gevisorum rege; idem Beda lib. 5, cap. 7, de Olhâ Bogoris Bulgarorum regis sorore Zonaras et Cedren. Nam et ea, cùm Constantinopoli capta teneretur, fonte sacro lustrata est, tandemque domum reversa, plurimis, et quidem suo ipsius fratri, religionis ejusdem amplectendæ auctor fuit. Quid et duodecim illi adolescentes, qui nobilissimorum Saxonum filii, cùm obsides Carolo Magno dati essent, per eam occasionem celestium honorum, à se Burchardo Heribolensis episcopo, pignore donati sunt? ut quidem etiam, Catholicis valde iniquus, scribit Centuria 13, cap. 57, Balæus.

Tertium est executio ejus, quod Judith dederat, consilii. Suspensum nefarium illud caput est, et cur armis, foras eo tempore et modo eruptum, quod illa præscriperat. Ideòque et effectus ex animi planè sententiâ consecutus. Nam primò, qui facta contra erumpentes Judæos opus esset, Holofernem interrogaturi ad ejus tentorium Assyriorum duces venerunt, et quidem suæ ipsorum calamitatis ignari, per irrisionem et contemptum

maximum : *Egressi, aiebant, mures de cavernis suis, prorûs ut illi olim Philisthæi, 1 Reg. 14, v. 11 : En Hebræi egrediuntur de cavernis, in quibus absconditi fuerant.* At isti mures vobis, ó Assyrii, non ita multò post, leones erunt. Vos magni vastique Nabuchodonosoriana superbia elephantum, mures istos haud feretis. Græcus aliud etiam extremæ despicientis vocabulum posuit : *Ausi sunt serri ad nos descendere, et quidem, ad bellum ut averrerentur, videlicet penitus.* Cur verò in Holofernis, exemplo, cubiculum non intrârint, causa redditur, vers. 10, quod cum in locum, ubi virtus Assyriorum, id est, rex vel ab eo summus dux cubaret, ingredi nemo auderet. In Sardanapalo pulchrè id exponit lib. 2 Diodorus, idemque suis postea moribus probârunt Medii, ut in Dejeo cap. 1 Herodotus, et Persæ apud eundem lib. 5. Postea, qui à cubiculo

CAPUT XV.

1. Cùmque omnis exercitus decollatum Holofernem audisset, fugit mens (1) et consilium ab eis, et solo tremore et metu agitati, fugæ præsidium sumunt (2).

2. Ita ut nullus loqueretur cum proximo suo (3), sed inclinato capite, re-

(1) ἔξωθεν, quasi extra se fuere ex admiratione. Frequens vox apud interpretes veteris Testamenti, et in novo. ut Math. 15, 23, Marc. 2, 12, 5, 42, 6, et alibi. (Grotius).

(2) Il ne faut pas regarder cette frayeur comme si elle n'avait été que naturelle. Il est vrai que la surprise où ils furent, en voyant leur général mort et sans tête, était capable de les étonner d'abord. Mais pour peu qu'ils eussent fait de réflexion sur l'état où se trouvait Bethulie, ils auraient pu, en suivant les ordres du principal commandant, prendre aisément cette ville, qui selon la nécessité présente se serait rendue au bout de deux jours. Il paraît donc que ce fut Dieu même qui leur ôta tout d'un coup et l'esprit et le conseil, en sorte qu'ils se trouverent hors d'état de délibérer sur ce qu'ils avaient à faire, et qui imprima au fond de leurs cœurs un saisissement et une terreur panique, qui les fit fuir comme des moutons devant les Hébreux. Ainsi ce fut une chose vraiment étonnante de voir une armée si redoutable de barbares, poursuivie et taillée en pièces par un petit nombre de gens affaiblis par la faim et par la soif, qu'ils traitèrent un moment auparavant avec le dernier mépris, en les appelant des rats qui étaient sortis de leurs trous, et qui avaient eu la hardiesse de les appeler au combat.

Si ces exemples ne sont pas capables d'abaisser l'élevation des hommes superbes et des puissants de la terre, et s'ils ne leur donnent l'idée véritable qu'ils doivent avoir, tant de la grandeur de Dieu, que de la faiblesse et du néant de tous les hommes, il faut

ipsi Holoferni erat, summusque rerum ipsius omnium præfectus, Bagoas stetit ante cortinam, et plausum fecit manibus suis, ut illum exscieret. Complutenses legunt, ἔκρουεν τὴν ἀδύτην τῆς ἀρκῆς, et vertunt, *pulsavit aulam tabernaculi*; alius, *pulsavit atrium tabernaculi*. Romanus codex, τὴν ἀδύτην habet, ut peristromata videlicet, varisque tapetes, quibus circumquaque septum et exornatum cubiculum erat, concusserit, et ante lecti cortinas steterit, manibusque comploserit. Nam in Exodi Græco textu, sæpius tabernaculi ἀδύτης; legere est. Tandem suo in sanguine jacens truncum cadaver vidit, horrendumque contra Judith vociferari, et Holofernem suum lamentari cepit, vers. 14, 15, subitòque fuit vestium scissio, de quo in Esther, et immanis

Ubique

Luctus, ubique pavor et plurima mortis imago.

CHAPITRE XV.

1. La nouvelle qu'Holoferne avait eu la tête coupée, s'étant répandue dans toute l'armée, ils se trouvèrent tous consternés, sans savoir quel conseil prendre; et poussés par la seule frayeur dont ils étaient saisis, ils ne pensèrent qu'à chercher leur salut dans la fuite;

2. De sorte que nul ne parlait à son com-
avouer que c'est un effet presque inconcevable de l'aveuglement que produit en eux ce même orgueil. Mais si ces mêmes exemples n'ont pas la force de soutenir la faiblesse des petits dans l'extrémité des plus grands périls, c'est une preuve qu'ils ont sans comparaison moins de foi et moins de courage qu'une femme, et qu'ils mettent leur confiance, non en Dieu, mais dans eux-mêmes.

Que nul homme ne s'assure donc présomptueusement sur ses forces, lorsqu'il considère que cet Holoferne, qui s'était vanté de faire connaître à Achior qu'il n'y avait point d'autre dieu dans toute la terre que Nabuchodonosor, et d'exterminer tous les Juifs comme un seul homme, fut tué par une femme, et que la multitude innombrable de ses troupes vultuait elle-même comme un seul homme de devant la face de ces mêmes Juifs. Mais que nul homme ne s'abatte aussi et ne tombe dans le découragement à la vue de ses ennemis, quelque redoutables qu'ils lui paraissent, lorsqu'il envisage ce secours inespéré et miraculeux que la main faible de Judith, affermie divinement par le bras du Tout-Puissant, procura à tout son peuple. L'orgueil des uns et la distance des autres blessent presque également le pouvoir et la majesté de Dieu. Et il ne nous est pas plus permis de lui dérober par nos défiances ce pouvoir suprême qu'il a de nous délivrer de la puissance de nos ennemis, que de nous attribuer à nous-mêmes un pouvoir qui n'appartient qu'à lui seul. (Sacy.)

(3) Græcus : Non fuit homo manens ad faciem proximi ultra, sed effusi unanimiter fugie-

lictis omnibus, evadere festinabant Hebræos, quos armatos super se venire audiebant, fugientes per vias camporum et semitas collium (1).

5. Videntes itaque filii Israel (2) fugientes, secuti sunt eos. Descenderuntque clangentes tubis, et ululantes post ipsos.

4. Et quoniam Assyrii non adunati, in fugam ibant precipites, filii autem Israel uno agmine persequentes, debilitabant omnes quos invenire possent.

5. Misit itaque Ozias nuntios per omnes civitates (3) et regiones Israel.

6. Omnis itaque regio omnisque urbs, electam juventutem armatam misit post eos, et persecuti sunt eos in ore gladii, quousque pervenirent ad extremitatem finium suorum (4).

7. Reliqui autem qui erant in Bethulia, ingressi sunt castra Assyriorum, et predam quam fugientes Assyrii reliquerant, abstulerunt, et onustati sunt valde.

8. Illi verò qui victores reversi sunt (5) ad Bethuliam, omnia que erant illorum

bant super omnem viam campi, et montana; et qui castrametati erant in montana in circuitu Bethulia, versi sunt in fugam. Moabites selliciter ad Idumai, qui montium cacumina occupaverant, ut observarent propugnatores Bethulie, in fugam cum ceteris abierunt. (Calmet.)

Panicus sanè hic terror, sed Numinis providentiâ multum auctus. Nec tamen adunati fugiebant, sed sociis quoque suis diffusi, singulares et dispersi, atque ita opportuni injuriæ, ipsalantes horum sistorum sine ordine ferebantur, nulloque negotio passim cedebantur. Porro quantum terroris soleat incipina cædes ducis afferre, et ante stationes Annibalis fratris ejus projectum. Item Halis Basse in nobilissimâ Joannis Austriaci, ad Naupactum victoriâ, desectum et malo navis præfixum caput, ut graphicè describit Joannes Baptistâ Lambertinus in fine sui Theatri regum Hispanie. (Tirinus.)

In Græco: Καὶ οὐκ ἦν ἀβροπὸς ἐξ ἡμέρου κατὰ τὸ ἀπρόσμενον ἐστὶ τὸ πλῆθος αὐτῶν, et non erat homo manens coram proximo suo. Sibi quisque consulabat.

(1) In Græco additur: Κίβηθ Βερούθια, circum Bethuliam. Idem loquendi genus Matth.

pagnon; mais tous baissant la tête et quittant tout, se hâtaient d'échapper aux Hébreux, qu'ils entendaient venir pour fondre sur eux les armes à la main; et ils fuyaient çà et là par les chemins de la campagne et par les sentiers des collines.

5. Les Israélites les voyant donc fuir, les poursuivirent, et descendirent des montagnes, sonnant des trompettes, et jetant de grands cris après eux.

4. Et comme les Assyriens ne marchaient point en corps, chacun se hâta de fuir où il pouvait: les Israélites au contraire, les poursuivant tous ensemble et en bon ordre, taillaient en pièces tout ce qu'ils rencontraient.

5. Ozias envoya donc porter cette nouvelle dans toutes les villes et dans toutes les provinces d'Israel.

6. Ainsi, chaque ville et chaque province ayant choisi les plus braves d'entre les jeunes gens, leur fit prendre les armes, et les envoya après les Assyriens; ils les poursuivirent jusqu'aux extrémités des confins de leur pays, passant au fil de l'épée tout ce qu'ils trouvaient.

7. Cependant, ceux qui étaient restés à Bethulie entrèrent dans le camp des Assyriens, d'où ils emportèrent tout le butin que les Assyriens avaient laissé dans leur fuite, et ils en revinrent tout chargés.

8. Mais ceux qui, après avoir battu et poursuivi les ennemis, revinrent à Bethulie, em-

6, 36. Lucæ, 9, 12, Roman. 15, 19, Sic veritür יְהוֹשֻׁעַ Josua 6, 5, כִּבְשׁוּ plurimis in locis. Est alioqui vox κίβηθ in hoc sensu etiam prioribus Græcis usurpata, ut Aristophani, Xenophoni, Aristoteli.

(2) Græcus brevior est, cum pro totis versiculis 5 et 4 ferat: Et tunc omnis vir bellator ex Israel effuderunt se super eos. (Calmet.)

(3) Græcus exprimit urbes Bethomastem, facile Bethsames, Chobai, vel Cocab, et Chola. Codices quidam addunt Behai. Loca sunt hæc ignota, que nec Syrus, nec Vulgata legit. (Calmet.)

(4) Græcus et Syrus: Cedebant eos usque Choba, similiter autem et qui de Jerusalem advennerant, et ex omni montana; annuntiaverunt enim eis que facta erant castris inimicorum suorum. Et qui in Galaad, et qui in Galilee, dissipaverunt eos plagâ magnâ, quousque præterierunt Damascus et fines ejus. Cum exercitus Holofernis in regione inegnitâ et hostili, hinc collige quanta fuerit cædes. (Calmet.)

(5) Græcus nonnulli discrepat: Filii Israel revertentes à cæde, præditi sunt que cives Bethulie non collegerant. Pagi et ville in montana et campestri, obtinuerunt multa spolia; erat enim multitudo plurima valde. Cives Be-

attulerunt secum, ita ut non esset numerus in pecoribus et jumentis, et universis mobilibus eorum, ut à minimo usque ad maximum omnes divites fierent de prædationibus eorum.

9. Joacim autem, summus pontifex, de Jerusalem venit in Bethuliam cum universis presbyteris suis (1), et videret Judith (2).

10. Quæ cum exisset ad illum, benedixerunt (3) eam omnes unâ voce, dicentes: Tu gloria Jerusalem, tu lætitia Israel, tu honorificentia populi nostri:

11. Quia fecisti virilitè (4), et confortatum est cor tuum, eò quòd castitatem

thulie totam colligere castrorum predam non potuerunt, relictis que raperent illis qui è cæde revertentur. (Calmet.)

(1) Græcus: Et senatus filiorum Israel. Indicari hic videtur celebre Hierosolymæ sanhedrium, de quo ab aliquibus exponitur textus. Sed alibi demonstravimus, senatum hunc posteriorem esse captivitate Babilonica; ad eòque hic locus de primis Hierosolymæ iudicibus, vel de senioribus populi, qui tunc in metropoli considerabant, vel denique de viris inter Sacerdotes principibus accipiendus est. (Calmet.)

(2) Græcus editionis Romane: Ad spectandum bona que fecerat Dominus Israeli, ad videntem Judith, et loquendum cum eâ pacem, vel ad illam salutandam. Editio Complutensis: Venerunt ad fundanda bona que fecerat Dominus Israeli, etc. Syrus præterea legit: Venerunt ad salutandam Judith. Lectio editionis Romane æquior videtur. (Calmet.)

Cum presbyteris, id est, cum senatu Hierosolymitano. Illi enim vox Græca significat presbyteros. Manifestum est autem ex hoc loco historiam hanc condidisse tempore Joacim, summi sacerdotis. Quis autem fuerit iste Joacim, non satis convenit inter interpretes. Qui enim putant accidisse hanc historiam tempore Cambysis filii Cyri regis Persarum, et per consequens tempore Josue filii Josedece sacerdotis magni, bifariam istud exponunt de Joacim. Alii dicunt filium fuisse ad tempus in summo sacerdotio patris vicarium, patre videlicet absente propter negotia publica. Sed contra facit, quòd nulla consuetudine receptum sit ut vicarius regis aut summi pontificis vocetur rex aut summus pontifex, hic autem Joacim non semel, sed sæpius summus pontifex vocatur. Alii igitur dicunt, Josue alio nomine etiam dictum fuisse Joacim. Sed et hoc Joacim, qui e. 4, v. 11. Etiachim summus pontifex. cum universis presbyteris, seu senioribus, forè qui de Suedrim erant, vocatur Græcus dicit: Cum Hierosolymitano senatu venit ut videret Judith, simulque et de victoriâ gratularetur: ipsam etiam Hierosolymam deducere ad publicas in sacratissimo Israeli loco gratias Deo agendas, ut dicitur

menèrent avec eux tout ce qui avait été aux Assyriens, les troupeaux, les bestiaux, et toutes les richesses de leur bagage et de leur équipage, qui étaient sans nombre, en sorte que tous s'enrichirent, depuis le plus petit jusqu'au plus grand.

9. Or Joacim, grand pontife, vint de Jérusalem à Bethulie avec tous les anciens, pour voir Judith.

10. Laquelle sortit au devant de lui. Et ils la bénirent tout d'une voix, en disant: Vous êtes la gloire de Jérusalem, vous êtes la joie d'Israel, vous êtes l'honneur de notre peuple;

11. Car vous avez agi avec un courage mâle; et votre cœur s'est affermi, parce que

c. seq., v. 22, nempe post collecta divisaque Assyriorum spolia, quo cum plurima essent, utpote ex plurimâ ditissimarum urbium, imò provinciarum et regnorum opibus, in unum corrasa, totos triginta dies occupantur Judæos. Quibus exactis, Hierosolymam itum est eo apparatu et pompa quam noster v. ult. breviter perstrinxit, sed Græcus fusiùs exponit: Concurrerunt, inquit, omnes (senatus Judææ, et fecerunt ipsi Judithæ, seu in honorem Judithæ, choros triumphales, coronantes tam ipsam quam abram ejus, coronis oleaginis; relique verò matronæ et puellæ: cum thyriss in manibus, præsertim Juditham sequentes ducebant choros cum organis et citharis, et secuebantur omnes viri armati, coronis redimiti, hymnas canentes, etc. Ubi figuram habes processionem à Christianis institui solitam, cum aliquâ etiam vestium, florum, ramorum, musicæ, cæterorum, subinde et armorum et chorearum pompa. Debent enim Creatori laudando creaturæ omnes, quoquo modo fieri potest, subservire De oleaginis coronis multa Petrus Faber. De thyriss Josephus: e Apud Judæos lex est quemlibet in scenopœiâ, et thyriss (sua ramos) ex palmis et citris habere. Et horum meminit lib. 2. Esd. c. 8, v. 16. Et Baccho consecrati erant à gentilibus, teste Virgilio, Dionysio et aliis; et inde proverbium: Thyrigari mali, Bacchi panci.

Nota solemnem hanc et festivam processionem Judithæ Hierosolymam cum celebri tum muliere, tum virorum comitatu, non hæc solâ vice, sed quotannis deinceps, imò sæpius quolanis, hierari consuevisse, ut dicitur cap. seq., v. 27. (Tirinus.)

(5) Imprecatio sibi bona spiritualia, pro virtutis suæ famâ. Ideo subditur:

Tu gloria. Nam ditissimum cultum qui erat in Jerusalem, de quo summè gloriabantur Judæi, conservaverat, interdicendo Holofernem, qui ipsum destrueret, interdicendo, ut patet ex supra dictis, e. 5 et 4.

Tu lætitia Israel, effectivè.

Tu honorificentia, similiter: nam interficendo Holofernem, dedecit populo Israel honoris et lætitiæ materiam. (Lyranus.)

(4) Quasi viri omnes superans, imò quasi vir viros omnes superans. (Corn. à Lap.)

amaveris (1), et post virum tuum alterum nescieris: ideo et manus Domini confortavit te, et ideo eris benedicta in æternum.

12. Et dixit omnis populus: Fiat, fiat.

13. Per dies autem triginta, vix collecta sunt spolia Assyriorum (2) à populo Israel.

14. Porrò autem universa quæ Holofernis peculiariter fuisse probata sunt, dederunt Judith (3) in auro et argento, et

(1) Castitas ergo fuit causa fortitudinis Judith, idque primò quia castitas roborat corpus et animum. Unde olim athletæ in olympicis certantur castos planè se servabant ut integras ad palæstram vires afferrent. 1 Cor. 9, 24. Luxuria enim spiritus nobilissimos, idque robur et vires effundit et exhaurit. Secundo, quia Deus hoc præmium fortitudinis dare solet castis, ac omnino dedit Judith, fortitudinem; inquam, tum corporis, tum animi ad magna audendum: Deus enim qui spiritus est purissimus, singulariter amat puritatem et castitatem, ac puros et castos, quasi sibi similes, ad magna destinat. Audi sanctum Hieronymum, præfatione in Judith: « Accipite Judith viduam castitatis exemplum, et triumphali laude perpetuis eam præconis declarate. Hanc enim non solum feminis, sed et viris imitabilem dedit, qui castitatis ejus remuneratur, virtutem et talem tribuit, ut inlicitum omnibus hominibus vinceret, et insuperabilem superaret. » Tertio, quia decebat luxuriosum Holofernem à castà Judith superari ut castitas de luxuriâ triumpharet. Unde Prudentius in Psychomachia pudicitiam cum libidine duellantem eleganter per Judith de Holoferne triumphantem ita depingit:

Assyrium postquam thalamum, cervicæque Holofernis
Cæsa, cupidine madefactum sanguine lavit;
Gemmatumque thorum machi ducis aspera Judith
Sprevit, et incertis compeccavit ense furoribus:
Famoseum mulier referens ex hoste trophæum:
Non trepidante manu, vindex mea cœciliis auxilium.

Porrò eximia fuit castitas Judith, idèque eximium hoc meruit præmium et trophæum. Ipsa enim erat in flore juventutis vidua opulenta, carens liberis, ut patet cap. sequent. v. 29. speciosa, honorata, gloriosa ob tantam victoriam; quare omnes etiam duces et principes eam ambiebant sponsam: verum ipsa castitatis amans hæc omnia despexit, mansitque cælestis usque ad mortem; quare nobilitas et gloriositas de carne et mundo, quam de Holoferne triumphavit. Audi S. Ambr. lib. de Viduis: « Nec his tamen elata successibus, cui utique gaudere et exultare licebat, jure victoriæ viduitatis reliquit officium; sed contemptis omnibus qui ejus nuptias ambiebant, vestem juncunditatis deposuit, viduitatis resumpsit; nec triumphorum suorum amavit ornatus illos existimans esse meliores quibus vita corporis, quam quibus hostium arma vincuntur. »

(Corn. à Lap.)

vous avez aimé la chasteté, et qu'après votre mari vous n'en avez point connu d'autre. C'est pour cela que la main du Seigneur vous a fortifiée, et que vous serez bénie éternellement.

12. Tout le peuple répondit: Ainsi soit-il, ainsi soit-il.

13. Trente jours suffirent à peine au peuple d'Israël pour recueillir toutes les dépoüilles des Assyriens.

14. Et tout ce qu'on put reconnaître qu'Holoferne avait possédé en or, en argent, en

EO QUOD CASTITATEM AMAYERIS, etc. De sunt hæc verba in Græco et Syro. Quamquam viduitas et cælibatus in pretio per se non erant apud Hebræos, castitas tamen et continentia eò pluris æstimabantur, quò erant rarioris. Nunquam non laudabile fuit viduæ continere se, ne leviter nimis ad secundas nuptias transiret. Apud Romanos, virgini par habebatur vidua quæ marito, post prioris viri obitum, abstinebat. (Calmet.)

Duo occurrunt hic notanda: primum, quòd factum tam egregium et virile Judithæ tribuit summus sacerdos merito castitatis ejus (intelligit autem castitatem vidualem). Unde patet, non solum virginalem castitatem, sed etiam vidualem esse magni meriti apud Deum, licet minoris meriti sit quam castitas virginale. Alterum verò, quòd hinc discimus, est, ut observemus Judith quoque ex eo laudari, quòd post primum virum suum, alterum nescierit. Ex quo patet, non solum tempore novi Testamenti commendari viduas quæ ad secundas nuptias non transeunt, verum etiam tales fuisse commendabiles tempore veteris Testamenti. Unde nullo modo recipiendum videtur apocryphum illud de sanctâ Annâ matre Dei-paræ Virginis, in quo traditur eam tribus maritis vicissim fuisse copulatam, sed potius id esse rejiciendum, tanquam tam sanctæ muliere indignum. (Estius.)

(2) Minus credibilia ferre Græcus videtur: Spoliavit omnis populus castra per dies triginta. Credibile est, castra quidem minori dierum spatio direpta fuisse; sed integro mense non defuisse aliquid surripendum ex his quæ diligentiam priorum effugerant. Syrus pro triginta legit tres. Castra Assyriorum vastissima erant, et variè per loca plura distributa: eorum præcipua obsederat montes; alie per agrum insederant; vix enim tantus exercitus aliter subsistere potuisset. Qui primi venerant ad prædam, in tumultu et festinanter collegerant. Festinantibus autem multa negliguntur, seponuntur plura, quæ sedulo colliguntur cum minor est spoliolum copia et festinatio. Integro mense dilata fuit prædæ distributio. Omnia interim conferebantur Bethuliam, æquis portionibus in populum distribuenda, juxta latas belli leges. (Calmet.)

(3) Dederunt Judithæ, ait Græcus, tabernaculum Holofernis, et omnem argentam suppellectilem, et lectos, et pellem, et omne vasarium ejus. Et accipiens iuxta, proposuit super mulam suam, et juxta plastra sua, et coaceravit ea super illa. Et concurrens omnis mulier Israel ad videndam eam, et benedixerunt eam, et fecerunt

habilem, et gemmis, et omni suppellectili, et tradita sunt omnia illi à populo.

15. Et omnes populi gaudebant, cum mulieribus et virginibus et juvenibus (1), in organis et citharis (2).

i chorum ex se. Judith ampsit thyrsos in manibus suis, et dedit mulieribus quæ secum, et coronata sunt olivâ, ipsa et quæ cum ipsâ. Et prævit omnem populum in choreâ, ducens omnes mulieres; et sequebatur omnis vir Israel armati cum coronis et hymnis in ore suo. Is fuit triumphus et præmium Judithæ. Syrus fert, unicum instrumentum, et jumenta Holofernis. Addit, selectam à Judithâ manum mulierum coactaque cantatricum choreâ, tradidisse illam singulis ramos virides, quos manibus gestarent, et ramos oleæ, quibus corollas sibi tlexerent. (Calmet.)

(1) Hic versiculus in Græco deest, in quo nihil de adolescentibus et puellis, ad celebritatem coactis, nec de musicis instrumentis, quæ pulsabantur. Textus apertè horum meminit capite sequenti, v. 2; scimus autem, nunquam hæc in ejusmodi gaudii significacionibus defuisse. Rami viridiores non semel recurrunt in Scripturâ. Solemni ritu gerebantur; geruntque adhuc Judei in synagogis, festo tabernaculorum celebrantes. Agit Plutarchus de hujusmodi Judæorum festis, quibus templum summeingrediuntur, frondosos ramos manibus ferenes. Purgato per Judam Machabæum templo, quòd ministri Antiochi Epiphanis polluerant, illi plaudens populus obvium venit, thyrsos ramosque palmiarum, cæterarumque arborum virentium ferens. Pari lætitiæ significacione Jesus Christus veniens Hierosolymam exceptus est. Agens de Judæis Tacitus: « Liberum patrem, ait, coli domitorum Orientis quidam suspicati sunt, quia sacerdotes eorum tibi tympanisque conebant, hederâ vinciebantur, thyrsos nempe hederâ indutos gerebant. Græcus hic utitur voce thyrsos. Est autem thyrsus virga, hederâ vel foliis ornata. Usus tympanorum, musicorum instrumentorum, choreæ cantisque, cum læta quædam festa celebrarentur, nunquam non se offert in Scripturâ. Sed licentiam et scurrilitatem, quæ profanas choreas vitiant, nunquam non vehementer utrumque Testamentum reprehendit.

Corone, ex ramis oleæ præsertim, et pro feminis, raræ sunt adeò, ut unicam hoc illarum exemplum apud Hebræos legatur. Triumpho tamen Judithæ nulla erat aptior corona,

TRANSLATIO EX GRÆCO.

1. Et ut audiverunt, qui erant in tabernaculis, obstupuerunt super factum: — Et irruit super eos timor et tremor. — 2. et non fuit homo manens ad faciem proximi ultra: sed effusi unanimitè fiebant super omnem viam campi et montanæ. — 3. Et qui castrametati erant in montanâ in circuitu Bethylæ, et versi sunt in fugam. — Et tunc filii Israel, omnis vir bellator ex eis, effuderunt se super eos. — 4. Et misit Ozias in Bethomastham et Chobai, et Chola, et ad omnem terminum Israel, qui annuntiarent super his quæ confecta fuerant, et ut omnes superfunderentur hostibus ad perditionem eorum. — 5. Ut autem audiverunt filii Israel, omnes unanimitè irruerunt super eos, et cædebant eos usque Choba. Similiter autem et qui de Hierusalem advenierant, et ex omni montanâ. Annuntiaverunt enim eis omnia facta erant castri inimicorum suorum. Et

habilem, fut donné à Judith par le peuple.

15. Et tous les hommes, les femmes, les jeunes filles, et les jeunes gens étaient dans des transports de joie qu'ils témoignaient par le son des harpes et des autres instruments de musique.

utpote ex arbore fausti omnis, cujus erat usus diebus lætis:

..... Ramo foliis olivæ; ubi Serrinus: Olivæ arboris festa. Nec abera olim à triumphis. In ludo quodam Græcorum, in quo femine cursu sese exercebant, oleæ corona præmium erat victricis. (Calmet.)

(2) Græca uberius habent: Et concurrens omnis mulier Israel ad videndam eam, et fecerunt ei chorum ex se; et ampsit thyrsos in manibus suis, et dedit mulieribus quæ secum, et coronata sunt olivâ, ipsa, et quæ cum ipsâ. Et prævit omnem populum in choreâ, ducens omnes mulieres; et sequebatur omnis vir Israel armati cum coronis et hymnis in ore suo. Pro coronata sunt, Complutenses habent, coronantur eam coronâ olivæ; id est, oleagidâ. Thyrsi sunt rami palmiarum, citrorum, etc. Audi Joseph. 15 Antiq. cap. 21: « Apud Judæos lex est quælibet in scenogegia thyrsos (ramos ex palmis et citris gestare.) Gentiles thyrsos dicebant Bæcho. Erat autem apud eos ἄρσος hasta frondibus, præsertim ex vite vestita; quam quælibet in sacris Bacchi, vel corona eis eisdem. Unde Virgil. Eclog. 5:

Instituit Daphnis thyrsos inducere Baccho,
Et foliis lentas intezere molibus hastas;
ibi per lentas hastas intelligit thyrsos. Unde

Proverbum: Multos thyrsigeros, paucos est cernere Bacchos. Bacchos enim erat thyrsigerus. Hinc et Tacitus: « Messalina, inquit, crine lupo thyrsum quætuens; » et Diodorus scribit, Dionysium in exercitu habuisse mulieres thyrsi armatas. Macrobius quoque ait Liberum patrem (Bacchum) tenere thyrsum, quod est latens telum, vel hasta aculeata, cujus mucro hederâ lambente protegitur. Hoc rectè adaptes Judithæ, quæ acinacem Holofernis in ipsiusmetu distinxit, itaque enim ebrum quasi Bacchum occidit, ac de ebrietate et ebriis triumphavit. Coronam ergo thyrsiam merebatur, meritamque gestabat, quæ eamdem Baccho, id est, Holoferni ebrii eripuit.

Nota hanc solemnem triumphi processionem et pompam Judithæ quotannis datam et renovatam fuisse cum ingenti virorum et mulierum comitatu, ut patet b. seq. v. 27.

qui in Galaad, et qui in Galilæa, dissipaverunt eos plagâ magnâ, quoadusque præterierunt Damascum fines ejus. — 6. Ceteri autem, qui habitabant Betyla, irruerunt in castra Assur, et prædati sunt eos, et ditati sunt valde. — 7. Filii autem Israel revertentes à cæde, dominati sunt reliquorum: et pagi, et villæ in montana, et campestri obliquerunt multa spolia: erat enim multitudo plurima valde. — 8. Et Joacim sacerdos magnus, et seniores filiorum Israel habitantes in Hierusalem venerunt ad spectandum bona quæ fecerat Dominus Israeli, et ad videndum Judith et loquendum cum eâ pacem. — 9. Et autem intrârunt ad eam, benedixerunt eam unanimitè et dixerunt ad eam: Tu sublimitas Israel, tu exsultatio magna Israel; tu gloriatio magna generis nostri. — 10. Fecisti omnia hæc in manu tuâ, fecisti bona cum Israel: et bene sentiat super eis Deus. Benedicta esto apud omnipotentem Dominum in æternum tempus. — Et dixit omnis populus: Fiat. — 11. Et spoliavit omnis populus castra per dies triginta: — et dederunt Judith tabernaculum Olophernis, et omnem argenteam suppellectilem, et lectos, et pelvim, et omne vasarium ejus. Et accipiens ipsa imposuit super mulam suam, et junxit plaustra sua, et coarctavit ea super illa. — 12. Et concurrunt omnes mulieres Israel ad videndam eam, et benedixerunt eam: et fecerunt ei chorum ex se; et sumpsit thyrsos in manibus suis, et dedit mulieribus quæ secum. — 13. Et coronatæ sunt olivâ, ipsa, et quæ cum ipsâ: et prævit omnem populum in chora, dicens omnes mulieres; et sequebatur omnis vir Israel armati cum coronis, et hymnis ab ore suo.

COMMENTARIUM.

Israelitarum liberationis extrema hic peractio traditur usque ad vers. 9, deinde, quæ hæc secuta sunt, orditur libri pars tertia et ultima. In fugam sese conjiciunt Assyrii rei novitate attoniti, metu examinati, tacentes, capita demittentes, castra, gazas, impedimentaque omnia relinquentes. Eorum tergis instant, eosque passim sternunt, mactantque omni jam periculo et metu liberati Judæi, tam ii qui Bethulâ exierant, quam alii ab Ozîâ vocati, v. 5, et 6. Et adjicit Græcus nonnulla quæ luculentiorè narrationem efficiunt. Ait enim: Misit Ozîas in Bactomasthaim, et Chobai, et Chola, et in omnem terminum Israel, qui de omnibus quæ gesta essent, enuntiarent, et ut omnes ad hostium suorum interfectionem effunderentur. Ut verò audierunt filii Israel, uno animo irruerunt omnes in ipsos, et eos Choba usque cæciderunt. Similiter et qui Hierosolymitani erant, adfuerunt, et ex montanâ regione totâ. Ipsis enim nuntiavit quæ hostium castris venerant, et qui in Galaad, et qui in Galilæa, ipsos plagâ magnâ, quibusdam veluti cornibus impetendo, affecerunt, quoadusque Danascum et in ejus fines pervenerunt. Secuta castrorum direptio tam per eos qui Bethulâ remanserant, quam per alios ex hostium cæde reversos, vers. 7, et 8. De hæc tamen postea.

QUESTIUNCULA PRIMA.

Quid abscessum Holofernis caput et tum effecit, et jam effecit?

Pererunt Assyrios ingenti pavore caput hoc abscessum, eumque pavorem excitavit auditio cap. 14, vers. 16, cap. 15, versicul. 1, et vi-

sio. Factum enim non rarò, ut eorum quos maximi faciebant hostes, visa vel in muris, vel in pills, aliove modo, capita, trepidationis plurimum gignerent. Apud Livium l. 25 extremo, est quemadmodum Romanorum consul victor, victi Asdrubalis caput ante ipsius fratris Annibalis stationes projici jusserrat, tumque Annibal in Brugios fugerit, tantoque simul publico, familiarique iectus lectu, agnoscere se Carthaginis fortunam dixerit. Apud poetam, l. 9: *Turms in armâ viros, armis circumdatus ipse Suscitat, aratusque acies in prælia cogit; Quisque suos, varietique acunt rumaribus iras. Quin ipsa arcectis, visu miserabile, in hastis Præfigunt capita, et multo clamore sequuntur Euryali et Nisi.*

Quamobrem, Æneide duri *Stant mestî: simul ora virum præfixa videbant, Nota nimis miseris atroque fluentia tabo.* Annis ferè abhinc duodetringinta, in nobilissimâ illâ christiane classis, ad Naupactum, victoriâ, quantum numerosissimis Turcarum navibus terroris incussit Halis Bassæ descitum, maloque præfixum caput? Et hoc sine, vulnerat Judith è muro caput istud suspendi. De ipso tamen viso nihil in textu, quia neque ad illud Assyrii, priusquam credem audissent, attenderunt, neque viderunt omnes, sed tantummodo qui urbem propius stationes habebant. E pavore isto eorum fuga et strages, de quâ dictum, secuta. Sed, apud nos, jam quid effecit? Etiamne pavorem adhuc et fugam? Sanè verò, si sapiamus: sed pavorem et fugam eorum, quæ Holoferni mentem, vitam, et caput abstulrunt, victorum. Ea duo poli-

simùm fuerunt, libido et ebrietas, propter quæ meriti cum proprio prave suæ voluntatis et nequitiæ gladio feriretur. Duobus à Judith iectibus feriri debuit cap. 15, v. 10, licet in Augustiniano sermone 227, per memorie aut scripturæ memundum, iectus quoque tertius legatur. Ictus unus, ob vitium, quòd primariò tanquam scopum spectabat, infligitur; alter verò, ob illud quo, tanquam medio, prioris illius compos fieri satagebat. Nam et ideò, hæc in cœnâ, tanto, *quantum nunquam biberat in vitâ suâ*, cap. 12, vers. 20, sese jam vino ingurgitavit, quia quam sobriam adhuc videbat, vino dissolvi, liberalius hilarari, paulò secum licentius confabulari et lascivire optabat. Hinc enim ad pocula verbis invitabat c. 12, v. 17: *Bibe nunc, et accumbè in jucunditate.* Sed quia magis movent facta quam verba, exemplo ipse ultrò præibat ei, alisque crebrius propinabat, suos itidem servos, concepnatores, et compotores idem facilitate jubebat, donec in sobria Judith conspectu, seipsos vino mergenter ac sepelirent omnes. Unde factum ut neque quam volebat, libidinem explèrit, et unâ cum vitâ caput amiserit. *Ecce*, ait Bagoas cap. 14, v. 16, *Holofernes jacet in terrâ, et caput ejus non est in illo.* Venite, libidinosi, venite, ebriosi, et videte, quò ducent tantum traxerit libido et ebrietas. *Max ut ortus est dies, suspenderunt Israelitæ super muros caput Holofernis*, eodem cap. vers. 7. Hoc, nisi caligant adhuc oculi mero, aspiciete, et quod illi heri, ne hodiè vobis accidat, providete. Exanime quidem et mutum est hoc caput, suo tamen adhuc stillante mero et tabo suo, insigni et immortalî dedecore et infamiâ clamat, monet, hortatur, ut oculos cautè custodiamus, Veneris illecebras studiosè cavemus, temulentia vehementer abhorreamus. Et Ephes. 5, v. 17. *Apostolus: Propterea, inquit, nolite fieri imprudentes, sed intelligentes quæ sit voluntas Dei, et nolite inebriari vino, in quo est luxuria.*

QUESTIUNCULA II.

Quæ ab Holoferniâ nos ebrietate meritiò abducant?

Holofernos, uti supra expositum, ad lectum non iit, sed in lectum corruit. Est igitur ebrietas primò contra hominis dignitatem, ad eòd miceret Anacharsis, qui indecoros ebriorum mores aspiceret, fore ut ineptos homineque indignos judicaret. Unde et Lacones, ut liberos ab ebrietate avocarent, hoc unum agebant,

ut servorum vilissimis, quos *Helotas* vocabant, vini quantum liberet, potandum darent: sicque jam ebrios in terram aspectum adducebant, quò ineptis eorum perspectis, à vitio tanto abhorrenter. Nos ad imaginem suam, rationis compotes, corpore celso et erectos creavit Deus, sed illam eripit ebrietas, corporis membra omnia in terram trahere decebat? Num tam profundo demergit sopore, ut circitorum, excubiarumque rationem nullam duceret? Quid si, eo vesperè, sub cœnâ in ejus castra irruissent Israelitæ? quò si primâ vel secundâ vigiliâ? Certè ut in vivis maxime fuisset, officio ipse suo fungî haudquaquam potuisset. Quod igitur principes, iudices, affique magistratus? Sed omnium maxime sacerdotum munis officit vinum immoderatus. Quomodo ad ægrum baptismi sacramentis juvandum, infantulum baptismi iustrandum, stas pro populo preces fundendas, vino madidus accedat sacerdos? Columella lib. 12, capite 4, *patremfamilias somni et vini abstinentissimum esse jubet.* Apud Laertium lib. 1, Solon, principem qui temulentas deprehenderet, morte multandum lege sancit. Quantò magis Dei sacerdotes decet sobrietas? Fuit olim Leofichydas interrogatus, cur vino modicè ad eòd uteretur Lacedæmonii, et respondit, *ne pro nobis consultant alii, sed pro aliis nos.* Non et sacerdotes multò magis diere oportet, sibi pro aliis consultandum, Dei verbum legendum, in ipsius lege meditando, ipsum assidue precandum? Et ceteris quidem vino altius consopitis, urbem obibat Epaminondas dicens, sibi, ut pro aliis vigilare posset, sobriè vivendum, ut libro de Doctrinâ principum refert Plutarchus. Quàm hoc in sacerdotibus aptè conveniat? Dixit, Levit. 10, *Dominus ad Aaron: vinum, et omne quod inebriare potest, non bibetis tu et filii tui, quando intrabitis in tabernaculum testimonii, ne moriantur, quia proceptum sempiternum est in generationes vestras.*

Etsi verò sacerdotibus nostris vini usum concessit, qui Timotheo episcopo concessit, 4 Timoth. 5, vers. 23, id modicum tamen esse vult, etiam in diaconis, eadem Epist. cap. 3, v. 8. Semper enim Domini tabernaculum, non at thymiana tantum adoleant, lucernas accendant, propositionis panes collocent, eos ingredi oportet, sed ut nobilissimum immaculatissimi Agni terque quaterque venerandum sacrificium offerant. Apud Romanos, Plutarcho narratore problem. 112, non poterat flamen Dialis ea iter facere ubi arbusvæ de super vites prominerent, ut significaretur, sacerdoti ebrium fieri nefas esse. Neque verò illo tantum intemperioris haustus die vel nocte, sed crebrò etiam postridiano et perendino demandata nobis munera, capitis stomachique doloribus, plurimum impedit ebrietas. Si evigilasset Holofernes, nescio an postero die, qua ducis sunt, exoqui potuisset. « Postera die, inquit libro 14, cap. 22, Plinius, ex ore halitus foetidi, ac ferè rerum omnium oblivio, morsque memoria. »

Tertiò, aulit Holoferni mortem ebrietas, et quam multus avertit quotidie! Quot cruditates, dystomachias, cephalalgias, podagras, epilepsias, aliaque morborum plurium genera procreat! Quot et quam tristes è gradibus, vel in aquas casus! Quot et quam terribiles repentinas mortes! Testis Judæorum Holofernes hic, testis Christianorum Holofernes alius, ille, inquam, qui se Dei flagellum dicebat, Attila. Est verò in repentinâ ebriorum morte unum quidpiam, quod vix in alio ullo peccati genere invenitur, tristissimum, maximeque formidabile, ut extremo illo tempore sese ad Deum rectè per unum aliquem contritionis penitentiaze actum convertere nequeant. Etsi enim ad hoc ipsum vel perexigua temporis portiuncula, imò et momentum quandoque unicum satis esse possit, ut quæst. 13 in Levitici cap. 10, disserit Abulensis, et passim chelastici, quia tamen suapte isti sponte rationis sibi usum ademerunt, humanum piunque actum edere nullum possunt, ideòque neque veram præteritarum culparum detestationem instituire, neque quo par esset modo veniam Deum rogare. *Vix pro talibus, in ebrietatibus peremptis, Ecclesia permittit orare, inquit capitulum Audivimus, de Reliq.* Quàm miserum igitur et detestabile hoc peccati genus!

Quartò, non corpori tantum, sed et animo exitium inferi sempiternum. Holofernes pro-

pter idololatram, æternis quidem addicendus erat suppliciis; etiamsi tamen non fuisset, ob tantum istud violentiæ tam plene peccatum, in eâ dejectus compactusque fuisset; nunc verò ea ipsi maximum et intolerandum pœnarum cumulum adjungit. Quis, si vel rationis minimum habeat, eam non exhorrescat? Quis in levibus delictis recenseat affluentis potare, vinoque sese deponere ac inebriari? Unum tantum vel alterum, cui obsisti non possit, testem citabo. D. Paulus 1 Corinth. 6, vers. 9: *Nolite, ait, errare. Neque fornicarii, neque idolis servientes, neque adulteri, neque molles, neque masculorum concubitores, neque maledici, neque rapaces, regnum Dei possidebunt.* Ecce cum qualium criminum turbâ ebrietatem copulat Apostolus, et qualem ipsi effectum tribuit, à Dei scilicet regno excludere, idemque iteratò inculcat Galat. 5, vers. 21. D. Augustinus serm. 251: « Quicumque, ait, ebriosus penitentiam de ipsâ non egerit, sed usque ad mortem suam in ipsâ ebrietate permanserit, in æternum profectò peribit; quia non mentitur Spiritus sanctus per Apostolum dicens: *Neque ebriosi regnum Dei possidebunt.* » Et iterum: « Ebrietas quasi inferni puteus, quoscumque susceperit, nisi è dicta subvenerit, et emendatio fuerit subsequuta, ita fortiter sibi vindicet, ut eosdem ipsos de inferni tenebroso puteo ad charitatis vel sobrietatis lucem redire sine penitentia non permittat. » Et: « Tolerabilis erat in carne mori, quàm in animâ per ebrietatem interfici. » Sequente verò rursum sermone: « Qui credit ebrietatem esse parvum peccatum, si se non emendaverit, et de ipsâ ebrietate penitentiam non egerit, cum adultis et homicidis ÆTERNA, SINE REMEDIO, illum PœNA cruciabit. »

Quintò, non seipsum modò, sed et tantas equitum pediumque copias vino perdidit Holofernes. Quoties verò autem ipsum factum legimus, audivimus! Non opus vobis illa de Nini, Sardanapali, Seytharumque maximis exercitibus ex Diodoro, Herod. referre, non illos item exire qui apud poetam lib. 2, *Invadant urbem, somno vinoque sepultam*; ipsi nostrâ memoriâ non dissimilia vidimus. Capio nostrâ memoriâ non paucos dicitur Sultane suo Sinan Bassa per ludibrium et ebrietatis opprobriationem. Constantinopoli, cum vitris, aleis et chartis, obtulisse. Sub secundi sanè libri de Legibus extremum: « Multò, ait Plato,

magis quàm Cretensium Lacedæmoniorumque usum, Carthaginiensium legum probarem ut nunquam in castris quisquam gustare vinum audeat, sed toto illo tempore aqua bibatur, et in civitate nunquam vini usum servo vel servæ concederem; sed nec magistratibus toto eo tempore quo magistratu funguntur. Governatores etiam atque iudices munus sum subituros à vino penitus prohiberem. Deliberaturos quoque de rebus non omninò negligendis. Ac nulli penitus interdum vinum concederem, nisi exercitationis corporeæ, morborumque causâ, hoc potu copus fuerit; neque etiam nocte viro vel mulieri, quando liberis operam dare volunt. Libet verò tam egregiorum militum pugnas, victorias et trophæa D. Ambrosii penicillo depicta intueri: « Spectaculum, ait lib. de Eliâ cap. 15, triste Christianorum oculis, et miserabilis species. Cernas juvenes terribiles visu hostibus, de convivio portari foras, et inde ad convivium reportari; repleri ut exchariant, et exhauriri ut bibant. Si quis ve-recundior fuerit, ut erubescat surgere, cum jam immoderatos potus tenere non possit, anhælere vehementius, sudare, genere, signis prodere, quem pudet constiteri. Illi unusquisque pugnas enarrat suas, ibi fortia facta prædicat, narrat trophæa. Vino madidi et somnolenti, nesciunt quid lingua proferat. Unusquisque sterit et potat, dormit et dimicat; et si quando consurrectum fuerit, viri præliatores stare non possunt, egressu vacillant. Rident servuli dominorum opprobria, manibus suis portant militem bellatorem, imponunt equo. Itaque hæc atque illuc tanquam navigia sine gubernatore fluctant, et tanquam vulnere icti, in terram defluunt, nisi excipiantur à servulis. Alii referuntur in sentis, sicut pompæ ludibrii. Quos manè insignes armis spectaveras, vultu minaces, eosdem vesperi cernas etiam à puerulis rideri, sine ferro vulneratos, sine pugna interfectos, sine hoste turbatos, sine senectute tremulos, in ipso juventutis flore ærentes. »

Sextò, ad aliud quod concupierat, indipiendum, abuti vino voluit Holofernes; neque illud tamen indeptus est. Quàm verò sæpè fit, ut ex abundantiore potu, à quibusdam sanitas, hilaritas, amicitia queratur, et eorum ne huiusmodi obtineatur, sed ægritudo, tristitia, rixæ, odia et inimicitia? Hominum ille sapientissimus Prov. 23, v. 20: *Cui, ait, vix?*

cuius patri vix? cui rixæ? cui foece? cui, sine causâ vulnera? cui suffusio oculorum? nonne his qui commorantur in vino, et student calicibus epotandis? Quin et liberorum eam procreantioni obesse, docet initio libri de libro Educatione Plutarchus, Hippocrates libro de sterilibus, et jam ex Platone audimus, repetitque id ipsum Galenus lib. Quòd animi mores. Et ferè, qui tum procreantur, multis et magnis corporum animorumque vitis vexantur et deformantur. Unde amentiori cuidam adolescententi dicebat apud eundem, eodem loco Plutarchum, philosophorum quidam: « Te proeminavit pater ebrius. »

Septimò, quantam detectoris et infamiae sempiternæ Holoferni notam eadem inussit ebrietas? ubi tantam eladem, cladisque causam rex Nabuchodonosor, ubi Assyria tota percepit, quàm eum execrati omnes? et quantam tanto stomacho in mortuum, in familiam, cognitionemque totam convicia jecerunt? Urebat enim amissorum parentum, maritorum, et charorum dolor omnes, ipsæ etiam imperii sui tanta calamitas, tamque insigne dedecus. Et hodiè, quid Holofernis nomine detestabilis? Ignominia utique maxima est, coram Dei angelis et hominibus insulam Dei in seipso effugium turpicare, voluptariâ insanâ fure, ad officii sui partes oblectans ineptum sese ultrò ellicere, corporis valetudinem vitamque ipsam abrumperè, in æternis sese picis et sulphuris stagna demergere, publicis commodis officere, per vitium vel ad ea etiam, quæ per se mala non sunt, tendere. Et multa quidem contra vitii hujus fœditatem scripsere olim et philosophi et sancti Patres, ut Augustinus locis citatis, D. Chrysostomus hom. 1 ad pop., D. Ambrosius de Eliâ cap. 5, 12 et sequentibus, alii; sed plurimarum rerum unam veluti summulam epistolâ 84, lib. 12, illigavit Seneca, è quo paucula hæc: « Certè eruit omne vitium ebrietas, et incendi, et detegit, obstantem pudore peccandi, quàm bonâ voluntatè prohibitis abstinere. Ubi possedit animum nimia vis vini, quidquid mali latebat, emergit. Non facit ebrietas vitia, sed protrahit; tunc libidinosus ne cubiculum quidem expectat, sed cupiditatis suis, quantum poterit, sine dilatione permittit; tunc impudicum morbum proficitur ac publicat; tunc petulant non linguam, non manum continet. Crescit insolenti superbia, crudelitas sevo malignitas livido, omne vitium detegitur et

«prodit. Adijce illam ignorantem sui, dubia et parum explanata verba, incertos oculos, gradum errantem, vertiginem capitis, tecta ipsa mobilia, velut aliquo turbine circum-agentem totam domum: stomachi tormenta, cum effervescent merum, ac viscera ipsa distendit. Tunc tamen utcumque tolerabile est, dum isti vis sua est. Quid cum somno victiatur, et quæ ebrietas fuit, cruditas facta est? Cogita quas clades ediderit publica ebrietas. Hæc acerrimas gentes bellicosas, que hostibus tradidit, hæc multorum annorum pertinaci bello defensa mœnia patefecit, hæc contumacissimos et jugum recusantes in alienum egit arbitrium, hæc invictas acies (mero domuit.)

QUESTIUNCULA III.

Quæ in conviviis nos cum sanctâ Judith sobrios teneant?

Foret quidem optimum, symposia omnia et eas in quibus à largiore potu periculum est, mensas, uti S. Chrysostomus, aliquæ sancti plures fecerunt, imò et apud Plotarchum Aristides, cui *Justus* cognomen, defugere. Quando tamen recta quæpiam ratio ad eas nos impellit, ut sanctam hanc Judith, religionis populique totius amor, Christum Dominum nuptiarum honestas Joannis 2, aliæque aliæ cause, possunt, ut intra modum bibamus, è plurimis aliis, adjumenta dari viginti quatuor.

Primum, ipse sobrietatis habitus et exercitatio: propositum saltem, et præmeditatio. Judith nostræ temperantiam supra vidimus. Sed nihil ambigendum, quin Holofernis in-tura convivium, diligenter, quemadmodum moderato suo cibo et potu contenta esse vellet, illius meracum et delicias non admittere præmeditata sit. Disserebant olim apud Stobæum serm. 42, Persarum reges, ante prælium de fortitudine, ante potum de temperantiâ; quidni nobiscum idem agamus? Alterum. Precatio eandem ad rem quin à Judith adhibita fuerit, nihil etiam dubito. Et ad hoc valere vult S. Chrysostomus hom. 1 de Annâ, preces, quæ ante et post cibum, concipiendæ sunt. Percurre usitatas mensæ benedictionum et gratiarum actionum formulas; et videbis temperantiam omnes suadere, ipsamque à Deo petere. Tertium, ad sobrietatis proposita firmiter retinendæ, valent quædam interdum vota, non plus scilicet bibere velle, quam quod tibi præfueris. Præfines autem, quod citra mentam est. Quartum, non cedere eorum verbis

et blanditiis, qui ad pocula semper invitant, crebrius propinant, æquales haustus exigunt. Numquid, quoties Holofernes dicebat: *Bibe nunc*, bibebat Judith? vel si bibebat, non potissimum potius quam hauriendo? Dicebat quidem: *Bibam, Domine*, scilicet, quantum et quando rectum commodumque fuerit, siquæ comedit et bibit coram ipso.

Quintum, petere antequam prandium ulli, cœnamve condicas, tibi fieri liberam, quod velis, edendi bibendique facultatem. Et quis vel te amicè invitans, vel tibi amicus esse, aut videri cupiens, negabit? Petit hoc ab Holoferne Judith, ut supra dictum, et magnus quidam princeps catholicus, dum ab alio principe, cui per novorum dogmatum licentiam, carnum et vini quantum libuit, licebat, invitatus fuisset. Sextum, vina diluere, ne te voluptas decipiat, et illorum vis prosternat. Ita hodiè temperantiæ studiosi, non singuli tantum, sed et integri populi. Quid Arragonum rex Alphonsius apud Panormitanum lib. 2? Quid Fridericus III? Cyclopi, in quâdam apud Aristium tragediâ, vox est: *Vinum corrumpit, aquam si infundis*. Contra verò, philosophi et quidem summi præceptum, ut lymphis temulentus Deus temperetur, de quo in Anthologiâ Meleager. Sanè apud Loerenses Zaleuci lex erat, «ne meracum cuiquam, etiam ægroto, nisi præscriberet medicus, concessum esset,» ut ait lib. 5, cap. 11, Athenæus. Septimum, abstinere à non necessariis edulis, et iis præsertim quæ sitim exæcut, cujusmodi ferè sunt aridiora et salsiora omnia, maxime cum mensis jam remotis, bibendi tantum et comessandi causâ, proponuntur. Detestatur profectò eas itis irritamenta lib. 14, cap. ult., Plinius.

Octavum, sibi ipsi penam imponere, si moderatam, quam statutam habet, bibendi mensuram, quoquo modo, excesserit. Illa esse potest pro delicti quantitate, major aut minor, verbi causâ diebus aliquot jejunare, seipsum flagellare, aquam bibere, optimi et generosis-simi vini, quod domi habet, amphoras aliquot pauperioribus civibus vel ægrois donare, in hospitalem domum cum aliquâ etiam pecuniariâ vel cibariâ stipe mittere, sistere illic se sere Cœi tribunali, et de temulentâ illi confiteri, pro æquæ lacrymarum nunc scyphulum aliquem fundere. Vidi, qui non intulit vel ad menses, vel annos aliquot, imò et quoad viverent, voverent à vino abstinendum, quod proprio verbo appellabant, *den wem verreden*. Atque hæc spectat illud quod Tobie cap. 5,

ex D. Augustino citatum: «Si quis vino nimium est delectus, sobrietatem voveat.»

Nonum, cogitare omnia ebrietatis mala, quorum aliqua superius ostensa, et verè nocent corpori, animo, fortunis et famæ. Ind. et D. Augustinus serm. 233, ait, sacerdotibus in die iudicii rationem reddituros, «si quantum mala de ebrietate nascantur, assidue noluerint prædicare.» In quæ verò scelera ebrii quidam irruunt, quæ vehementissimè, exhorruissent? *Vinum et mulieres faciunt apostatate sapientes*, Ecclesiastici 19, vers. 2; *oculi tui (ò vine) videbant extraneas, et cor tuum loquitur perversa*, Prov. 25, 35.

Vino forma perit, vino corrumpitur ætas,

Vino sæpè eum nescit amica virum.

Decimum, animo expendere, quam gravi, molestâ retorridaque siti apud inferos plectatur ebrietas. Ille sanè, qui *epulabatur quotidie splendè*, licet ebrius fuisse potius conjiciatur quam legatur, adeò tamen arenibus visceribus, ardentique pulmone cruciabatur, ut miserandâ horribilique voce, et frustra tamen, clamaret: *Pater Abraham, miserere mei, et mitte Lazarum, ut intingat extremum digiti sui in aquam, ut refrigeret linguam meam*. Non petit ut affuso puteo flammæ illæ restinguantur; non ut unâ vel alterâ duntaxat situlâ conspergatur et refrigeretur; non ut uno vel altero frigida aque calice, vel etiam cochleari refocilletur; at horum nihil petit: boni tantum in tantâ illâ miseriâ optare non audet; sed tantum ut intingat in aquam Lazarus non manum totam, neque duos tresve digitos, sed unum tantum, neque hanc totam, vel dimidiatam, sed ejus tantummodò extremum, ut una vel altera super linguam, fumice aridiorum, candentique ferro simillimam guttula stillare possit. O sitim! ô incendium! Et præ corporis partibus aliis, proponit miser linguam, quia multo hæc olim vino natata, per eam nobilium vinorum genera djudicare, in mensâ profusius loquitari nugarique solebat. *Propter hoc, hæc dicit Dominus Deus, Isaie 65, vers. 13, ecce servi mei comedent, et vos esurietis; ecce servi mei bibent, et vos sitietis.*

Undecimum, animo item expendere, potum quandoque apud inferos porrigendum, non qui sitim levet, sed qui accendat et cruciet, quemadmodum si quis admodum jam sitiens muriam bibere cogatur. *Hæc dicit Dominus exercituum Deus Israel, Jer. 25, v. 27, bibite et inebriamini et vomite, et cadite, neque surgatis à facie gladii, quem ego mittam inter vos. Cum-*

que noluerint accipere calicem de manu tuâ ut bibant, diceas ad eos: Hæc dicit Dominus exercituum: Bibentes bibetis; similia Ezech. 23, v. 33. Refert sancti Thomæ condiscipulus Thomas Cantipratensis lib. 1, cap. 2, num. 3, Germania archiepiscopum quemdam, cum ex hæc luce abiret, sanctissimo cuidam viro visum esse; ipsique in gehennam ingredienti poculum à caedæmone statim oblatum, quod cum ebibere coactus esset, illic «per aures, inquit, et oculos, os et nares, sulphurea flamma surrexit; et sic æternis incendiis esse addictus.» De Ludovico illo Landgraviò, qui Calvinianam prædestinationem ex eodem, è quo postea Calvinus cratera hauserat, multisque sese ideò flagitiis obstrinxerat, uti refert lib. 1, c. 27 et 34, Casarius, quid tandem? «Anima ejus, inquit idem scriptor lib. 12, c. 2, cum educta fuisset de corpore, principi (dæmoniorum præsentata est, sicuti cuidam manifestè revelatum est; sedente eodem tartarico super puteum, et scyphum manu tenente, hujusmodi verbis Landgraviò salutavit: Bene veniat dilectus amicus noster, ostendite illi trichinia nostra, apothecas nostras, siquæ eum hic reducite. Deducto considera ad loca penarum, in quibus nihil calidum erat, nisi planetus, fletus et stridor dentium, et reducto, sic princeps principem cassatur: Bibe, amice, de scypho meo. Illo valde reluctante, cum nihil proficeret, imò coactus biberet, flamma sulphurea de oculis naribusque ejus erupit.» Post hoc sic inquit: «Modò considerabis puteum meum, cujus profunditas sine fundo est, amoque operimento, eum in illum misit.» Jam verò, medicamne unquam potionem supervisti? Nunc in memoriam tibi, quæso, revoca, quam ingrata ea fuerit. At quot partibus sulphuræ illæ inferorum potiones ingratiore? Imò et in hæc vitâ, ut quod è conviviis in te reducat, exinaniat, quot et quæ amaris, vel nimis cerè dulcitudine molestis potionibus utendum?

Duodecimum, apud se reputare quam se dedecet ebrietas, primò quidem quia homo, ut supra dictum, deinde quia talis vel talis ordinis, ætatis, sexus. Si princeps, si in magistratu et publico aliquo munere sit, dictum antea, itemque si sacerdos, de quo queritur et Isaías cap. 28, vers. 7. Haud satis potest vitii hujus in sacerdote feditas explicari. Eodem enim ore, quo sacrosancium Domini corpus et sanguinem confectis et accipis, tantum hau-

ras, ut vinum redoleas, ructes, evomas? Quin et hoc in Christianis omnibus autem coelesti cibo et potu partipantibus turpe adeo est, ut D. Paulum ad illa de indignè manducantibus et bibentibus, 1 Corinth. 11, scribenda compulerit. *Alius enim, inquit, esurit; alius autem ebrius est.* Inspice libro de Temulentia Philonem, D. Hieronymum ad Nepotianum, Origenem in Levit. hom. 7, Augustinum q. 33, Theodor. quæst. 10. Si paterfamilias, huic ebrioso, inquit loco citato Columella, cura officii cum memoria subtrahitur. Si natu minor, quid de hujusmodi senserunt veteres? Persæ ne diebus quidem festis vinum pueros gustare concedebant, ut apud Xenophontem est lib. 1, Romani veteres, nec ante annum tricesimum, alii non ante conjugium, ut etiam notavit 2 part. Relect. de Matrim. num. 7, Covarruvias. Si, ait ad Nepotianum D. Hieronymus, absque vino ardeo adolescentia, et inflammor calore sanguinis, et succulentio validoque sum corpore, libenter carebo poculo, in quo suscipio veneni est. Si femina, non licebat olim vinum feminis Romæ bibere, inquit lib. 14, cap. 15, Plinius, adeo ut propinquo feminis osculum dare juberet, ut scirent an temetum olerent. *Mulier ebriosa, inquit Ecclesiasticus 26, vers. 11, ira magna; et contumelia et turpitudine illius non tegetur.* Vide S. Ambrosium cap. 18, libro de Eliâ: «Vino, præcipuè cum uterum ferunt, plurimæ infestantur, dissolvuntur, si biberint, atque debilitantur,» inquit lib. 7 de Histor. animal. cap. 3, Philosophus.

QUESTIUNCULA IV.

Quenam alia ebrietatis adminicula?

Ex iis quatuor et viginti, quæ ad sobrietatem in conviviis tuendam adminiculi, uti dicebam, possunt, est hoc decimum tertium, amare honestas occupationes, quas impedire solet, ut dixi, ebrietas. Si enim, verbi gratia, politica, quibus tuus te status addicit, functiones amas; si ecclesiasticas ecclesiasticus, si theologicas theologus, litterarias omnes litterarum studiosus, cur à Baccho interturbari te permittas?

Decimum quartum, diuturnas in conviviis sessiones odisse. Unde apud Plutarchum libro 1, quæst. conviv. 6, putant Alexandrum Magnum quidam, ex eo potius ebrietate, quæ mortem ipsi attulit quandoque occupatum fuisse, quod diutius accumberet, quam quod largè biberet. Dum enim ita diu epulis accumbitur, semper aliquid editur et bibit. Solent

autem et diuturnæ irrationes madefacere.

Decimum quintum, suscipere aliquam Christi Jesu sitis cogitationem, dum in cruce clamabat: *Sitis.* Sitiit Dominus meus, et ego vinome saburrem? Horsum etiam valebit cogitata sanctorum quorundam sitis, cum quibus si æternis aliquando præmiis aveo perfrui, cur ebriacos Nabales, Baltiasares et Holofernas, quam illos, si non sitiens, sobrius tamen, imitari malo? Gentium magister 2 Corinth. 11, v. 27, est in labore et ærumnâ, in vigiliis multis, in fame et siti, in jejuniis multis; et 1 Cor. 4, v. 11: *Usque in hanc horam et esurimus, et sitimus.* Quid apud Socratem lib. 4, cap. 18, cuiusdam S. Macarii dicebat? In recentibus Anglicanorum martyrum historiis, in carcere tantâ quidam siti conflictatur, ut per fenestellâ clathra, pileo cavâque manu pluvie stillas capiet, ego absque siti ullâ potem, vinoque me totum proluam? Decimum sextum. Tantum sanguinis pro meis peccatis effundere debuit unigenitus Dei Filius, et ego in ventris mei cloacam, plenis crateribus, meracissimum uvæ sanguinem profundam?

Decimum sextum, ecce, quidquid ultra modum jam bibo, si seponerem, et pauperibus elargirer, quanta mihi ab eo merces foret, qui Matthæi 10, vers. 42, dixit: *Quicumque potum dederit uni ex minimis istis calicem aquæ frigidæ tantum in nomine discipuli, amen dico vobis, non perdet mercedem suam.* Et ego, si meam in gulam infudero, non modò mercedem nullam, sed et gravissimum supplicium accipiam. Cur amens et stultus adeo sim? D. Augustinus serm. 251: «Quod in ebrietate, ait, periturum erat, in pauperum refectorem proficiat.» Et serm. 252: «Melius, quidquid nimio potu perditum erat gulâ, pauperibus daretur in elemosynam, ut et caro rationaliter bibendo reficeretur, et per misericordiam pauperum animæ redemptio præpararetur.» Videbitur fortè alicui quod loquar paradoxum, verissimum tamen est; præstaret in terram vinum effundere, quam eo immodicè sese comple. Tunc enim illud tantum periret; nunc verò et idem ipsum perit, et homini, quoad corpus et animam, nocet plurimum. O quot passim languent pauperes, qui si vel unum ejus, quod paulò post vomitatus es, vini abs te scyphum haberent, et revelerent ipsi, et ex æternâ te ipsum siti eriperent.

Decimum octavum, Judith nostram isto etiam in convivio comitabatur angelus, de quo

supra. Comitatur et nos angeli tutelares nostri; delibortantur à temulentia; hortantur, ut *abnegantes impietatem, et secularia desideria, sobriè et justè et piè vivamus in hoc sæculo,* ad Titum 2, v. 12. Eorum et præsentiam et monita num contemnemus? Certè spectatorum istorum, et earum etiam, quæ dum christiano baptismo tingemur, fecimus promissionum memoriâ, sic nos ad sobrietatem invitat D. Ambrosius lib. de Eliâ cap. 21: «Tu dedisti nomen tuum ad agonem Christi, subscripsisti ad competitionem coronæ, meditare, exercere, ungere oleo lætitiæ, unguento exinanito. Cibis tuus cibis sobrietatis sit, nihil habeat intemperantiæ, nihil luxuriæ. Potus tuus parcior, ne quid ebrietatis obrepât; custodi corporis castimoniam, ut possis esse habilis ad coronam, ne existimatio tua ostendat spectatoris affectum, ne te fautores tui negligentem videant, et deserant. Spectant te archangeli, et potestates, et dominationes, et illa angelorum decem millia millium; sub tantis spectatoribus erubescere, considerâ quàm dedecorosum sit. Ingressus stadium, pulvere rigorem animæ tuæ excita, læcetos excute.» Decimum nonum, cum ebriam aliquando conam adieris, in eaque sobrius tamen manseris, licebit, postero die, his alisque similibus cogitationibus, ad sobrietatis amorem te magis magisque accendere. Si ebrius heri fuisses, quid hoc tibi jam prodesset? imò quàm obesses! Narrat ex Aristote philosopho Victorius lib. 18 variarum Lectionum cap. 3, quemadmodum Polemo eos, qui ad convivia irent, monebat, ut *cenam, postero etiam die, jucundam redderent.* Hoc verò unico temperantiæ condimento efficitur, eaque sola mensas illas *ἀγρυπνίας, phlegmatum expertes,* extruit, quas in sanitatis præceptis laudat Plutarchus.

Vicesimum, in promptu habere nonnulla, quæ iis, qui ad redundantiores haustus provocant, majoribusque calullis urgent, aptè utiliterque respondeantur. Ea, pro personarum, temporum et locorum varietate, varia sunt, quæ sancta potius prudentia, quam doctrina suggerat: exempli tamen causâ denotabo pauca. Primum est, excusare se, ob vini præstantiam, valetudinis infirmitatem, occupationum necessariò adhuc perficiendarum importunitatem, et similia. Alterum, dicere, sibi satis spectum esse, dono sibi animo propinari, benevolentia quæ magnæ gratiâ, ideòque se et illud scire, propinquantem

ipsum nolle, ut animo, valetudini suscipe negotiis ipsemet et noceat. Tertium, si amicus est, rogare ne se petat fecere quod nec ipsi, nec alii utile, sibi verò valdè perniciosum. Quartum, visum, ò amice, me sitire? et amabo te, cur non vis? Quia mihi sitis ingrata et molestâ foret? At, præter voluntatem, bibere, æquè ingratum et molestum est. Vel brevius, meminisse te dixeris Sophocleæ cuiusdam sententiolæ, ab Athenæo laudatæ: *Ut bibere, ut sitire, natum æquale.* Quintum, Casarei te juris, et Germanus cum sis vel quamvis Gallus, Belgæ, Italus, aliusve sis, Germanicarum tamen legum amantem esse. Ea verò in Augustianis Comitibus anno 454, rursusque anno 454 et 459, propinationes et æquellium id genus peculorum certamina prohibent. Sextum, metuere te Francicarum legum potnam, è quibus una hæc apud Rhenanum Beatum refertur lib. Rerum Germanicarum: «Nemo militis socium, aut quàmlibet alium cad potandum invitato. Quòd si quis ebrius reperitus fuerit, ejectus, quoad culpam agnoscat, aquam bibito.» Septimum, de Glareano, erudito sanè viro, audivi, cum in convivio se ab uberiore potu honestè jam excusasset, instarentque tamen alii, canem fortè satum in trichino jacentem aspexisse, et: *Nam, ait, isto cane insipientiorem me vultis?* Ille paulò ante nobis omnibus, cibum petendo, hiando, latrando, in genua et ipsam penè mensam insilientem, molestus erat. Jam satur desistit, et ego satis jam cum liberim, non desistam? Est verò ista, ne verberibus quidem, ut plus aut comedant aut libant cogi possunt bestie, prout non Musonius tantum loco antea indicato, sed nostri etiam Patres admonent, D. Basilium oratione contra ebrietatem, D. Ambrosius de Eliâ c. 17, D. August. serm. 251, D. Chrysostomus hom. 47: «Quantò, ait, ebriosis melior asinus et canis!» Vide cætera, Octavianum, Lacon apud Plutarch. in Laconicis, cum quosdam alicubi ab bibendum cogi audisset: «Num etiam, aiebat, ad edendum?» Etervò quemdam novi, de quo mihi affirmatum, eum indictam epotandi vini pugnam, certamine sicci panis edendi oblato retudisse, Nonnum, homo adolescens, sed literatus et honestus, cum à principe quodam per honoris, qui illis in locis magnus, speciem, ad æquò plus epotandum urgeretur: «Veniam, aiebat, demencissimè princeps, peto. A quæstâ parùm absum. Vultne clementia tua totum me bestiam fieri?» Decimum, licetne mihi, ad pocu-

lum hoc ehibendam, Christum Dominum asciscere socium? Omnino licet, inquit Christianus. Bibat ergo, inferi ille, qui ante Janam mendicus est. Undecimum, gratissima sicuti Davidi erat aqua Bethlehemitica. Quod cum eâ ille fecit, mihine cum hoc vino facere fas? At ille noluit bibere, sed libant eam Domino, 2 Reg. 23, vers. 16. Duodecimum, Callisthenes, cum ab Alexandro ei Magno propinatam esset, jamque Herculaneus ille scyphus porrigeretur, recusavit, quod se Æsculapium habere nolle diceret. Dixeris et tu igitur, tibi, quam medico des, pecuniam non esse, vel eâ, in usum alium, opus esse. Et hæc quidem hactenus urbanè, suaviter, et hodiernis hominum moribus convenienter, cum apud omnes, omnium excusationum, faciendarum et chriarum instar, una et sola Dei lex merittimo esse deberet.

Vicesimum primum. Quia verborum quadam illecebræ, ut intemperantiùs bibatur, adhiberi solent, ad eas firmato esse animo convenit. Nam modò hilaritas modò amicitia renovatio, aut confirmatio, modò principis alicujus sanitas et honor, interdum etiam sancti alicujus veneratio præstentur: suntque hæc jam antiqua ebrietatis artificia, à Patribus notata et damnata, ut videre est apud S. Hieronymum in epist. ad Titum cap. 1; D. Augustinum epist. 64, et serm. 251, 252. D. Ambrosium de Eliâ cap. 17, cujus verba hæc: «Bibamus, inquit, pro salute imperatorum; et qui non biberit, sit reus in devotione. Videtur non amare imperatorem, qui pro ejus salute non biberit. O piæ devotionis obsequium. Bibamus pro salute exercituum, pro comitum virtute, pro filiorum sanitate.» Plus à Deo sanitatis et honoris imperatori et principibus impetrabis, illum, per ebrietatem, non offendendo, quam vini dolia integra exsorbendo. Numquid, aiebat jureconsultus quidam, ubi aegrotaro, me curabit, pro cujus jam sanitate bibendum? Alius verò, si pro imperatore cadendum est, in Turcicis bellis cadere honestiùs, quam in mensis, quin verò imperatoris gratiùs et utiliùs, si in genua procidam, et precem precer dominicam. De sanctorum porrò honoribus, ait loco citato D. Ambrosius: «O stultitiam hominum, qui ebrietatem sacrificium putant; qui æstimant illos ebrietate placari, qui jejuniò passionem sustinere didicerunt.»

Vicesimum secundum. Quidam tamen illecebrosum tantum verbis haud contenti, gravia etiam interdum et minacia proferunt. Contem-

nise aiunt, et inimicitias denunciant. O bone, non equidem te contemno; sed communem et Salvatorem contemnere veror. Dixi enim, attenderem, ne fortè cor meum *crapula et ebrietate* gravaretur. Lucæ 12, vers. 54. Si te contemptum agrè ferres, quanto ipse justius? Minus verò et inimicitiarum, apud honestos gravesque Dominos, nihil timendum. Etiam à gentilibus apud Laertium in eum vindictam, qui, super Empedoclis, pocula nimia respiciens, caput, vinum effuderat, et Neronis pater fuit, qui servam, quòd ehibere totum nollet, interfecit. Si tamen apud aliquos gentilia hæc et impia fortè reviscerent (quid enim, hoc tempore, portentorum non renascitur?) cogitandum, quid laudatus à Platarcho Creocidam dixerit. «Satiùs est, tuas me nunc inimicitias subire, quam valde postea generare; vel potiùs, quod monent S. Chrysostomus homilia 1 ad pop., D. Augustinus serm. 252, *martyrii genus* quoddam esse, pro tuendâ sobrietate, perpeti aliquid. «Ille, ait Augustinus, qui ebrietati resistit, si cum Dei adjutorio perseverare volerit, et pro ipsâ aliquas pertulerit tribulationes, omnia ei Dominus ad *martyrii gloriam* reputabit.» Et paulò ante: «Si ad hoc venierit, ut tibi diceretur: «Ant bibas aut morieris, melius esset, ut caro tua sobria occideretur, quam per ebrietatem anima occideretur.»

Vicesimum tertium. Justum gerenti bellum licet, stratagematibus et insidiis, hostilem vim frangere. Quidni et in conviviis locum prudentia, dolusque bonus habeat? Solent ab aliquibus tamen ipsa etiam paterarum funda examinari; et mensarum ministri si vel tantillum resident, illas nolunt recipere, ut vel astutissimæ sobrietati nulla evadendi rima sit. Possunt tamen subinde, famuli ut reticeant, adducit, et assidentes convivæ, ut conviveant. Potest illud convivii tempus magna etiam sitis differri, quo circumpotatio quadam incipit; potest à cibo et potu citius aliquando desisti quam fit naturæ factum satis, ut, dum ad eibum et potum urgebunt alii, tibi quòd adhuc deerat, eorum id invitationibus et gratiæ des.

Vicesimum quartum et ultimum. Occurrat fortè sobrietatis amator qui cupiam cogitatio. Iste, meâ causâ, potat largiùs. Ejus etiam causâ, idem ut faciam, non æquum? Vult me vino deponere; si ei statim respondeam, libet minus. Non ita sancta Judith. Peccare quòd poter iste velit, in ipsius arbitrio est. Num, ne seipsam ipse interogat, me ergo interitum?

An ad inferos quia ruere vult, ego cum eo velim correre? Faciat quod libet Holofernes, potiet, roget, urgeat: Judith sobria permanet.

QUESTIUNCULA V.

Quid de iis que apud Assyrios gessit Judith, Græcorum, Latinorumque Patrum novum?

Primus esto ille apud Græcos et celeberrimus et vetustissimus Clemens Alexandrinus Strom. 4, cap. 6: «Etiam Judith, quæ consummata fuit in mulieribus, cum esset urbs circumsessa, precata seniores ingreditur quidem in castra alienigenarum, omne periculum contemnens pro patriâ, seipsam tradens hostibus in fide Dei: præmia autem fidei mox accipit, cum mulier in hostem fidei se præclarè gesserit, et potita sit capite Holofernis.» Magistrum sequitur discipulus, Origenes videlicet, homil. 9, in Judges: «Quid, ait, ego illum magnificam et omnium feminarum nobilissimam memorem Judith? quæ jam perditis penè rebus non dubitavit sola succurrere, seque suumque caput immanissimi Holofernis nec sola subjicere, et processit ad bellum non in armis, neque in equis bellicis, aut in subsidiis militariis freta, sed virtute animi, et confidentiâ fidei, consilio simul et audaciâ hostem perimit; et quam viri perdidissent femina reddidit libertatem patriæ.» Inter Latinos verò, luculentè D. Ambrosius lib. 3 de Officiis cap. 15: «Ecce tibi Judith se offert mirabilis, quæ formidatum populis virum Holofernem adit, Assyriorum triumphali septem catervâ. Quæ, primò, formæ gratiâ et vultûs decore percudit, deindè sermonis circumsersit elegantia. Primus triumphus ejus fuit, quòd integram pudorem de tabernaculo hostis revexit. Secundus, quòd femina de viro reportavit victoriâ, fugavit populos consilio suo. Horruerunt Persæ audaciam ejus. Utique (quod in illis Pythagoreis duobus mirantur) non expavit mortis periculum; sed nec pudoris, quod est gravius bonis feminis: non unius ictum carnificis, sed nec totius exercitus tela trepidavit. Stetit inter cuneos bellatorum femina, inter victricia arma, secuta mortis. Quantum ad molem specialis periculi, mortura processit; quantum ad fidem, dimicatura. Honestatem igitur secuta est Judith; et dum eam sequitur, utilitatem invenit. Honestatis enim fuit prohibere, ne populus Dei se profanis dederet, ne ritus patrios et sacramenta proderet, ne sacras virgines, viduas graves, pudicas matronas barba-

ricè subjeceret impunitati, ne obsidione deditio solveret. Honestatis fuit, se malle pro omnibus periculis, ut omnes eximeret periculo. Quanta honestatis auctoritas, ut consilio, de summis rebus femina sibi vindicaret, nec principibus populi committeret? Quanta honestatis auctoritas, ut Deum adjuvorem præsumeret? quanta gratia, ut inveniret? Et libro de Eliâ et Jejunio cap. 9: «Bibebat vinum in ebrietate potentes, qui Holoferni principi militia regis Assyriorum se tradere gestiebant: sed non bibebat femina Judith, jejuniis omnibus diebus viduitatis suæ, præter festorum dierum solemnitates. His armis munita processit, et omnem Assyriorum circumvenit exercitum. Sobrii vigore consilii abstulit Holofernis caput, servavit pudicitiam, victoriam reportavit. Hæc enim, succincta jejunio, in castris præredebant alienis, ille vino sepultus jacebat, ut ictum vulneris sentire non posset. Itaque ubius mulieris jejuniis, innumeros stravit exercitus ebriorum.» Augustiniani verbò ante citati sermonis 229, verba sunt hæc: «Judith bellator animus alienum pectus obedit. Illa abjectâ formidie feminarum, victoriam in periculis quærens, nec mortem in periculis timuit, nec ambiguitatem formidavit. Cum igitur Bethlæe moenia Holofernes hostili obsidione calcaret, et advertens tractus aquarum, prima indiceret certamina siccitatem, Judith, fletus, sui conjugis fodera acerbo dissidio rupta, lugubri lamentatione servabat. Quæ ut reperiit captivanda civitatis induciæ postulas, mox et privatam dolorem congeninavit civitatis communis dolor. Quæ exorata consurgens aluit aquâ corpus suum, imponens sibi ornamentum, pendulas aureas divitias suspendit; et manibus lapillos circulos splendentes induxit, fluentes sinus purpure vestis gemmato collegi pectore, casto cultu priùs dimicatura, quam ferro. Monilium tela pudori semper adversa hostem ferire didicerunt. Gentis suæ vindex sumpsit ornamentorum arma, non de bello nuptias subitura, sed de civitate bellatrix procedit sponsa. Nec fuit levitas ornatus, qui ad homicidium tanti capitis aptabatur. Pergit divino spiritu ducta, et singularis ancille solatio contenta. Species custodit, quæ Manditur, ne violenter pudicitia custodita ledatur, Holofernem alloquitur, ut desiderium inane concepiatur: Ego, inquit, ancilla tua, misit me Dominus facere rem in qua mirabitur omnis qui audiverit eam, quoniam ancilla tua Deum celi observo; et nuncibo